



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Margarita Evangelica**

**Essche, Nicolas van**

**Coloniae, 1545**

tertius est discretio virtutum. 24

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](#)

## L I B E R II.

Riterint: & omnes angeli de sui augmentatione  
lætantur assistuntque illis, ne quo modo ex-  
tra hunc gradum corruant: imo & cœlestis pa-  
ter gaudet ouem perditam suo gregi restitutam:  
filius suum preciosum sanguinem fructificare,  
spiritus sanctus suum amorem impleri, summa  
ac beata Trinitas suam imaginem reformari, in  
qua faciem suam Deus cōtueri ac illuminare, &  
sempiternum verbum radiare possit.

De secundo gradu, qui est amor Dei.

Cap. XXIII.

**S**ecundus gradus, est amor Dei. Nam qui ex  
amore Deo serviunt, eiusque cōfilia sequun-  
tur, hi ad secundum archangelorum videli-  
cet chorūm perducuntur, idque per scalam Chri-  
stum Iesum, qui omnia nostrę redēptionis ope-  
ra ex amore peregit. Et per hoc in operibus suis  
cum ipso vniūtūr, et in archangelorum numero  
cōputantur, inter quos quilibet eorū maius gau-  
diū habebit, q̄ omnes angeli de primo choro  
habeant. Custodiunt autem archangeli homines  
istos valde sollicite, ne quo modo extra Dei cor-  
ruant dilectionem.

De tertio gradu, qui est discretio virtus  
tum.

Cap. XXIII.

**T**ertiū gradus, per quem in virtutum gra-  
dum concēnditur, est hic, vt non solū ex  
timore vel amore bonum quis operetur,  
sed vt etiam cum discretione bonis actibus &  
virtutum operibus insīstat, vtque discretū, ordi-  
natū et rationabile sit obsequiū eius, & vt vitia,  
non naturam opprimat vel occidat, vtque non  
Q iij carni,

## MARGARITAE EVANG.

carni, sed spiritui seruat, Deoque obediatur, & operetur, non secundum suum propositum siue proprium captum, sed iuxta illuminationem diuinę admonitionis, & eius humanitatis opera. Et in hoc homo per Christi humanitatem, qui in omnibus operibus suis discretissimus erat, rite primā scalam ascendit, atq; in virtutum chorus suscipitur, et ab omnibus trium ordinū siue chororū p̄mæ hierarchiæ angelis, quibus scala nostra Christus dñs vndiq; est circūdatus, in timore, amore & virtutū discretionē custoditur. Deniq; hic inferior homo per tres gradus in actiua vita ascendiit, vnu iam effectus cū humanitate Christi, per qd omnia opera eius in actiua vita perficiuntur,

**Qualiter ab actiua vita proficiēdum sit ad vitam spiritualem.** Cap. XXV.

**T**A M vero adhuc vterius ascendendum est, in vitam videlicet spiritualem, idque per altam scalam, quæ est anima Christi. Qui enim non proficit, retrocedere necesse habet. Sane qui in bonitate quotidie non crescit, etiam pane quo vescitur, indignus est. Non ergo cessemus proficere, quousque ad supremum virtutis gradum perueniamus: & imitando sponsum nostrum, ad supremum usque angelorum chorus pertingamus, ubi summum atq; præcipuum bonū absq; intermissione in intimam spiritus abyssum irradiat atque lucet. Non enim prius anima quiesce re potest. Ibi duntas at verum est gaudium spiritus, animæ pax, & quies cordis. Et sane multa sunt, quæ nobis in hoc auxilium præstant. Etenim pater nos trahit, filius illustrat & instruit, spiritus sanctus dotat & regit, sancta Trinitas ample-

